

Dialogorum

liber III

30

tem vrsū meū occiderūt. Cuius vocem
protinus vltio diuina secuta est. Nā qua
tuor monachi qui eundē vrsū occiderāt:
statim elephantico morbo percussi sūt vt
inēbris putrescētibus interiret. Quō factū
vir dei florentius vehemēter expauit: seq̄
ita fratribus maledixisset pertimuit. Om
ni enī vite sue tēpore fiebat q̄ exauditus
fuerat: se crudelē: se in eorū morte clama
bat homicidā. Quō iccirco omnipotentes
dñm fecisse credimus ne vir mire simpli
citatē quātolibet dolore cōmorus: intor
quere vltra presumeret iaculū maledicti
onis.

Petrus.

Enquid naz valde graue esse cre
dimus si fortasse cuilibet exagita
ti iracundia maledicamus.

Gregorius.

E hoc peccato cur me percuncta
ris an graue sit: cū paulus dicat.
Nāq̄ maledicti regnū dei posside
bunt. pensa igitur q̄ grauis culpa ē: que
sep̄at a regno celestis vite.

Petrus.

Quid si homo non fortasse ex mali
cia: sed ex lingue incuria maledi
ctionis verbū iaculatur in proximū.

Apud districtū iudicē petre ocio
sus sermo reprehenditur: quanto
magis et noxius. Pensa ergo q̄
tum sit dānabilis: qui a malicia nō vacat
si et ille sermo penalis ē qui a bonitate vti
litate et humilitatis vacat.

Petrus.

Sentio.

Gregorius.

Sdem vir dei egit aliud quod si
lere non debeo. Cum enim mag
na eius opinio lōge lateq̄ crebre
seceret. quidam dyaconus longe posit⁹ ad
eum pergere studuit vt eius se orationi
bus cōmendaret: qui ad eius cellulam ve

niens: omnē locū per circuitum inuenit
numeris serpentibus plenum. Cūq̄ ves
hementer expauescerent: clamauit dicēs.
serue dei ora. Erat autem tunc mira sere
nitas. Egressus vero florentius ad celū
oculos et palmas tetendit vt illam pestē
sicut sciret dominus auferret. ad cui⁹ vo
cem subito celum intonuit: atq̄ idē toni
truis omnes illos: qui eundē locum oc
cupauerunt: serpentes interemit. Quos
cum vir dei florentius interemptos aspi
ceret: dixit. Ecce illos occidisti domine q̄s
eos hinc leuabit. Morq̄ ad eius vocem
tante aues venerunt: quanti serpētes oc
cisi fuerant: que asportātes singulos et lō
gius proicientes: locū habitationis illi⁹
mundum a serpentibus omnimodo red
diderunt.

Petrus.

Quid virtutis. quid fuisse meritū
dicimus: q̄ eius ori tantū factus
est deus proximus.

Gregorius.

Pud omnipotentis dei singula
rem mundiciam atq̄ eius simpli
cem naturam multū petre huma
ni cordis mundicia: atq̄ simplicitas valet
hoc ipsum nāq̄ quod eius famuli a terre
nis actionibus segregati: ociosa loqui ne
sciunt et mentem per verba spargere atq̄
inquinare deuitant: auctoris sui pre cete
ris exauditionē impetrant. Cui inquan
tum est possibile ipsa puritate ac simplici
tate cogitationis quasi ex quadā tam simi
litudine concordāt. Nos autē turbis po
pularibus admixti: dum frequēter ocio
sa nōnunq̄ vero etiam: q̄ est grauis: no
xia loquimur: os nostruz omnipotēti deo
tanto longinquuz sit. quāto huic mundo
proximū. Multum quippe deorsum duc
mur: dum locutione continua secularib⁹
admiscemur. Quod bene Isaias post
quam regem dominum exercituum vidit
in semetipso se reprehendit et penituit: vi
dens. Ne mihi: quia tacui: quia vir
pollutus labijs ego sum: qui cur pollus

e 2